



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum  
Qvae Historiam Complectitur vniuersæ Paßionis Dominicæ

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, 1614**

Med. 30. De iniuriis ac pœnis apud Caipham, & tota illa nocte toleratis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54653)

## MEDITATIO XXX.

## DE INIURIIS ET POENIS

Christi Domini, in presentia Cai-  
pha, eiusq[ue] concilij, & in re-  
liqua illa nocte.

## PUNCTVM I.



AC sententia in Christum  
audita qui illum tenebant,  
(non enim tantum ligatus  
tenebatur, sed alij etiam  
multi eum tenebant, ne au-  
fugeret) occasionem arri-  
puerunt, vt audei[nt] iniu-  
riis eum afficere, & instigante Satana, illum  
cruciare, rebus ignominiosis ea inferentes, que  
dolorem, inferrent; vt ex vtraque parte, pœ-  
næ essent acerbiores. Hæ pœnæ ad quinque  
sexve genera reduci possunt.

PRIMA iniuria fuit, quod a *exspuerunt in*  
*faciem eius.* quod tormentum & ignominio-  
sum erat, & sordidum; in vsu quidem apud  
Iudæos, sed quod magnæ iniuriæ loco habe-  
retur, & quoniam milites & ministri multi  
erant, omnesque contentione quadam in eum  
exspuebant, remansit facies illa Christi defœ-  
data, & vehementer obscurata.

PERPENDIgitur, anima mea, quishic

fit.

I.

a Matt. 26.

66.

Mar. 14. 65.

b Ioan. 9. 6

c Mar. 7. 33

d Psal. 79. 4

e Deut. 25. 9

fit, qui conpuitur; & qui illi, qui eum conpuitur; quæ illa facies tot conpuitationibus defædatur, & quæ illa ora, quæ illam defædatur, & inuenies, conpuitum quidem, Deum esse maiestatis, cælorum ac terræ Creatorem; *h sputa suo dat lumen cæcis, c linguam mutis, & surdum auditum.* conpuita est facies illa, cuius amore ardent Seraphini: in quam respicientes, nunquam Angeli fatiantur: in qua est omnium hominum salus; pro qua suspirabant Prophetæ, dicentes: *d ostende nobis faciem tuam, & salu erimus* hic itaq; est, qui conpuitur à vilissimis humuncionibus, ab execrandis peccatoribus à gente indignissima, dignissima quæ ab omnibus tanquam locus vilissimus, & mundi totius abiectissimus, conpuitur. Quomodo igitur non tangeris commiseratione, tanti Domini, ab huiusmodi mancipiis conpuiti! excellentissimi Creatoris, à vilissimis creaturis? O ueneranda I E S U facies, splendidior sole, lumine pulchrior, stellis cæli speciosior! quomodo te obscurarunt ac defædarunt sputa peccatorum terræ! eorum peccata huius fœditatis sunt causa, quos ut ab eis ablueres, tu ipse vis ita deturpare. *e Spuebat ur olim in facie illius qui non uellet suscitare nomen & familiam fratris sui, qui absq; liberis mortuus esset: sed tu Domine speris, eò q; resuscites familiam Adami, qui & seipsum, & filios suos omnes occidit. Gratiar tibi, ob inæstimabilem hanc charitatem, ob qua peto, suscitari animam meam, & lauari exornariq; pulchritudine tuæ gratiæ, Amen.*

D&amp;N-

2.

DEINDE perpendenda est illa modestia  
vultusque grauitas & serenitas Christi Domi-  
ni nostri, admiranda mansuetudine & silen-  
tio tolerantis sputorum illum imbrem: *f nec f Isa. 50. 6.*  
*faciem suam, vt loquitur Isa. auertenti ab in-*  
*crepantibus & conspuentibus in eum: nullo ge-*  
*stui, aut motu ostenso hominis, tanta iniuria*  
*affecti, aut commoti: nec verbo vilo prolato*  
*aduersus ipsos iniurios. O Deo aeternae, si ppter*  
*ea quod g Maria soror Aaron, Moyfi iniurio. g Nm. 12. 10.*  
*sa fuisset, spuisi in eius faciem, & illa statim*  
*apparuit candens lepra quasi nix; cur non spuis*  
*etiam in istos, qui in faciem tuam spuunt, vt*  
*lepra pro meritis repleantur? Sed tu, Deus*  
*meus, non venisti in mundum, vt homines*  
*faceres leprosos: sed vt sanares eos a lepra,*  
*accipiens ipse poenam lepra illorum, & fa-*  
*ctus h quasi leprosus & percussus a Deo! non h Isa. 53. 4*  
*venisti, vt expueres, ad aliquem occiden-*  
*dum, sed vt sanares, & vitam sputo tuo red-*  
*deres peccatori, ea priuato. Tange me, Do-*  
*mine, sputo tuo, vt fiam sapiens, ad te cogno-*  
*scendum: & sanus ac fortis, ad te amandum,*  
*tibi que seruiendum.*

3.

TERTIO hoc idem spiritualiter accipiendo  
perpendam quoties graui culpa Deum offendo  
expuere me spiritualiter in faciem Christi,  
eamque sputo meae culpae, a venenata mea lin-  
gua, & corde ac pectore peruerso proceden-  
te, foedare. Item perpendam, quantus huius-  
modi sputorum imber deciderit, modoque de-  
cidat super ipsum Christum Dominum, & quam

sint

sint ei hæc peccatorum sputa grauiora, quam illa fuerint, quæ hoc loco, in eius faciem proiciiebantur. Sunt enim magis horrenda scitandaque apud Deum, quam fuerint horum ministrorum supra. Denique perpendam, quod proximum contemnere, & in eum exspuere, idem sit, atque in ipsum Christum exspuere: accipit enim ipse vt propriam iniuriam, quæ fit proximo. Ex quibus omnibus effectus eliciam doloris, compassionis, & propositi fugiendi peccatum, quo Deus conspici censetur.

II.  
i Mar. 14. 65  
Luc. 22. 64.

SECUNDA iniuria Christo illata fuit, quod *i eius facie velauerint*, quo liberius eum percutere, & subannare possent, quasi ab ipso non viderentur; quos vultus Christi grauitas, & serenitas, eos quasi reprimebat, ne ita libere & pro suo libitu illuderent: cuius contrarium accidit Moyfi, *κ qui velamine operiebatur faciem suam quando loquebatur ad populum*, eod quod splendor, qui prodibat ex eius facie, aspectum intuentium offuscabat: clarissimus autem noster IESVS, *qui est splendor gloria aeterni Patris*, permittit velari sibi faciem alio velo à discipulis Moyfi; non vt eum attentius & obseruantius audiant; sed vt liberius & impudentius eum iridere, & que illudere possint: in qua permissione ostendit, se non minus apperere illorum illusiones & contemptus, quam ipsi ei illudere appetant; Est verò fas credere, vittam seu velum, quo faciem eius velarunt, fuisse ali-

quod

quod vile, & abiectum; qui irrisio esset maior:

PERPENDAM deinde, quàm sit proprium ac familiare insignium peccatorum, optare, se non videri à Deo, aut id sibi fingere, quò liberius peccare possint, dicentes quod est apud Iob scriptum: *1 Nubes latibulum eius, nec nosra considerat.* 1 Iob. 22. 14. Sicut stupidi hi ministri, velarunt oculos corporis Christi, ne ab eo viderentur; sed non propterea impediebant, quò minus oculis animæ suæ ac diuinitatis, eos videret. Quare seiplos potius excœcarunt, quàm Christi conspectum effugerunt. Et hac ratione cogitare debeo: cum peccatum admittito, oblitus, quod me videat Deus; hanc oblivionem instar esse veli, quo existimo, Dei oculos esse velatos dicens illud Iob: *m Quid novit Deus? quasi per caliginem iudicat,* m Iob. 22. 13. cum reuera non illius, sed mei velati sint; & ut ait sapiens: *in omni loco n oculi Domini contemplantur bonos & malos;* n Prov. 15 3. & bonum malumve, quod quisque facit. O Deus æterne, ne permittas, aliter me velare oculos tuos, aut o *faciem tuam, quàm Seraphimi, qui aliis suis eam velabant,* o Isa. 6. 2. diuinitatem tuam venerantes, & confitentes, deesse sibi oculos ad eam comprehendendam: sed tu Domine clarissimos, & perspicaces illos habes, ut me videas & comprehendas. Et hoc mihi sufficit, ut credam, te videre meas culpas; & ad eas defendas mouear, animo eas non repetendi.

III.

p Math. 26.  
67.  
q Marc. 14.  
65.

Math. su-  
pra.

r Matt. 5. 39.

f Ioan. 18. 23

**TERTIA** iniuria & tormentum fuit quod manibus eum crudeliter percusserint quod fecerunt duobus modis. Alij enim pugnis eum cædebant in faciem, caput, pectus, dorsum, & brachia, contentione quadam & rabie: ait enim Sanctus Mathæus *p colaphis eum ceciderunt*, & Marcus *q manus stri alapis eum cædebant*. Facile autem credi potest, cœlestem illam faciem intumuisse, & livoribus deformatam fuisse, & corpus totum à multitudine ictuum (quia percollores multi erant, & crudeles, iraque, zelo quodam vlciscendi Blasphemiam contra Deum, palliata incensi) valdè contusum. *Alj palmas, ut ait Sanctus Mathæus, in faciem eius dederunt*, quod iniuriæ genus, maxime est inter homines ignominia & dedecus, quæ fit pugno. Implevit hic ipse Christus re ipsa consilium, quod alias dederat, cum dixit: *r si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, prabe illi & alteram*: neque enim vnus tantùm, aut semel palmas in faciem eius dedit, sicut apud Antiochiam; sed sæpè & contentione quadam, multi ministri Dæmonis dederunt, existimantes magnum sibi lucrum esse, quod illi cæderent. Excipiebat autem illas insultus Saluator, nec illud quidem hic respondens: *f cur me cadis?* potius, si non verbo opere certè ipso dicere videbatur, si cædere placeret, cædite; paratus sum enim cædi, & percuti; cupiens saluari & irrisoribus re-

pleri, iuxta illud Ieremiæ: *c dabit, per-* Thren. 3.  
*uienti se, maxillam; saturabitur oppro-* 30.  
*bris.*

**PRAETEREA** perpendendum est mysterium, quod in his duobus modis, Christum manibus cædendi, latet: quidam enim manu compressa cædunt, & hi sunt avari & cupidi, qui in bonis sibi ipsis comparandis occupantur, quæ postea tenaciter retinentes, comprimunt, nec manum extendunt, ut bona pauperibus communicent; alij vero expansis manibus seu palmis cædunt; & hi sunt superbi, & gloriosi huius mundi, delicati, & carnis suæ molles amatores; prodigi item, & qui ob suam vanitatem & sensuum voluptatem omnia profundunt. Quorum culpæ maiorem adferunt Christo ignominiam, quia illum illudunt, ut proprium suum honorem promoveant. In pœnam duplicis huius generis culparum, vult **CHRISTVS** Dominus, duplici etiam pœnarum differentia affici. Cogitandum itaque mihi est, me esse, qui tum pugnis manibusque compressis Christum Dominum cædo, cum, bonorum terrenorum cupiditate, illum offendo; tum extensis manibus & palmis, cum vanitatis intuitu ut honorem & famam meam promoveam, aut carnis meæ delicias quæram, eius mandata transgredior.

○ liberalissime bonorum omnium largitor, qui adeo liberaliter faciem tuam cædenti

te præbes, desiderans etiam cor tuum eiden-  
dare, propter ingentem amorem, quo illum  
prosequeris: aperi, Domine, benedictam ma-  
num tuam, tangeque illos, qui suate cædentes,  
v. Luc. 18. 13. vt à te cædendo abstinentes, v. sua pectora, sicut  
ille *Publicanus percutiant*; & peccata sua  
confiteates, illorum veniam impetrent, A-  
men.

## IV.

Q V A R T A pœna & tormentum  
fuit, quòd barbam & capillos ingenti cru-  
delitate extraxerint; quamvis enim Euan-  
gelistæ, hoc factum esse non exprimant;  
ipse tamen Dominus, apud Isaiam expre-  
ssit. Nec dubitandum est, quin hic fuerit im-  
pletum: x corpus, inquit, meum deus percu-  
tientibus, & genas meas vellentibus, faciem  
meam non auerti ab increpantibus & con-  
spuentibus in me. O summe Sacerdos, nobilior  
multò quàm fuerit y Aaron, cuius vnguentum  
descendebat à capite, vsque in barbam, ve-  
ius dignitas & virilis fortitudo significat-  
tur: quomodo permittis barbam tuam  
velli, itaque ignominiosè & crudeliter tra-  
hi! O consecrate z Nazarae, cuius capilli non  
erant eradendi nec nouacula ascendere poterat  
in caput eius, omni tempore consecrationis sue  
cur nunc sinis te ita expilari: siquidem sem-  
per tu es Nazareus, & sanctus, ac sancti-  
tas ipsa? Sed video, Domine, velli barbam  
tuam, ob effœminatam meam timiditatem,  
tuos verò capillos euelli, propter nimios  
excessus meos. Siquidem verò amor, quo me  
pro-

protequeris, mundior & castior quam fuerit ille *Samsonis ad Dalilam*, hanc illis voluit facere potestatem; supplex te oro remittas mihi culpas, quæ has tibi attulerunt poenas; & concedas virilem & fortem animum, ad tibi seruiendum: valdè verò mortificatum, vt nunquam te audeat offendere.

V.

QVINTA iniuria fuit verborum, pudoris & confusionis faciei, cum velatum colaphis cædentes, dicebant: a. a prophetizano *bu Chryste, qui est qui te percussu?* atq; si dicerent, tu dicis, te esse Christum & Prophetam, prophetiza igitur nunc, quis est qui te percussit, cum illum non videas. Quibus verbis significabant, quid de illo sentirent: esse nimirum fictum Christum, & falsum Prophetam.

Addit verò Sanctus Lucas: b. b & alia multa *blasphemantes, dicebant in eum.* quæ tamen cum

iple non exprimat, nobis considerata relinquit: sed vt credantur multa fuisse, eaque grauius sufficit nosse, blasphemantes illos, fuisse multos, audaces valdè, impudentes, ira & rancore plenos: serpens enim infernalis c. c *acuit*

*linguas illorum sicut serpentis, sub quorum labiis venenum est aspidum, vt maledicta & amaritudines,* iniurias scilicet & inauditas blasphemias in eum euomerent, vt ad impatientiam eum prouocarent, & crudelem de eorum uisionem sumerent: & facile credi potest, repetiuisse illos iniuriosa illa verba, quæ alias in eum dixerant: d. d *Samaritanum eum*

Y 3 appel.

Iudicium 16  
4. 16.a. a Matth.  
26. 68.b. b Luc. 22.  
65.c. c Psal. 139.  
4.d. d Ios 8.  
48.

e. e. Mat. 11. 19. appellantes *Dæmonia um*, e. e. voracem, & potatorem vini, *Publicanorum & peccatorum amicum*, violatorem Sabbathi & festorum, commotorem plebis, seductorem, Blasphemum in DEVM, & alia innumera obiicientes illi itaque saturati sunt, & sua desideria, opprobriis illum afficiendi impleuerunt: vni ipso Christo locum haberet, quod Iob de se ipso dixit: *f. f. aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes, percusserunt maxillam meam. Satiati sunt pœnis meis: & ipse quoque, ut Ieremias dixit, g. g. saturatus fuit opprobriis: semper tamen maiora appetebat, sicut reipsa hæc nocte sustinuit: Nam inimicorum desiderium, simile erat fami caninæ, & siti hydrophis, quæ quamuis ad saturitatem vsque, comedat & bibat, mox famet iterum ac sic vsque ad mortem. CHRISTI verò Domini nostri fames & sitis erat charitatis infinitæ, quæ nunquam omnino satiari potest: ideoque, & si illi valde optabant, iniuriis illum implere: paratus ille erat maiores alias admittere. Sit benedicta infinitabilis adeò charitas, h. h. ignisque adeò ardentis amoris, qui nunquam iniuriis suis dicere nouit, sufficit, sufficit, sed potius affert, affert.*


h. h. Prover. 30 15 16.

## VI.

DENIQUE circa hæc quinque iniuriarum genera est perpendendum, sacros Evangelistas non erubuisse, nec dedignatos esse, hæc opprobria & iniurias CHRISTO illatas, adeò minutim recensere; scientes, id

cedere

cedere in gloriam DEI, & CHRIS TI Domini; imò & nostram, quòd voluerit CHRIS TUS talia pro nobis tolerare, & quòd consequens est, nec nos erubescere debere, similia pati; potiùs in eis gloriari, & ex toto corde eum diligere, qui talia sui in nos amoris indicia dedit; nec desistere ab eius laudibus, & à continuata gratiarum actione, & continuis eius obsequiis. Licebit verò ex illis omnibus unam quasi litaniam hac ratione contexere: Gracias tibi, dulcissime IESU, quòd inenarrabili patientia & humilitate sustinueris faciem tuam conspui, oculos velari, maxillas alapis cædi, barbam velli, capillos crudeliter extrahi, corpus tuum cædi & contundi, aures tuas incumeris blasphemis offendi: propter quas sacratissimas pœnas, supplex te, Domine, oro, vt culpas mihi, quæ illarum fuerunt causæ, remittas; adeoque me felicem facias, vt patienter & amanter patiar pro te pœnas quas tu aded patienter & amanter pro me sustinuisti.



## PUNCTVM II.

I. **C**ONSIDERANDVM deinde, quid Christus Dominus, in reliqua noctis illius parte perpeffus fuerit, quod sine dubio plus est, quam noster intellectus assequi possit. Nam Pontificibus & sacerdotibus quietem discedentibus, mansit Christus Dominus noster in sula illa fortissimè ligatus, & multis militibus, ad eius custodiam circumdatus, accedentibus etiam domesticis seruis & ministris familiaræ, qui omnes, tota illa nocte sese ibi continuerunt, iridentes, & ludentes cum ipso. IESV cum quinq; illis prædictis circumstantiis; & plurimis aliis, quas suggerere illis Satanas, ut se de Christo vlcisceretur, & eius constantiam labefactaret: His verò dormitum abeuntibus, alij recenter superuenientes, iniurias prosequabantur; non permitteres eum dormire, vel paululum quiescere tota nocte: sed tanquam signum quoddam, & scopum, in quem suas omnes iniurias iacerent, eum constituerunt: ut etiam hic locum habeat, quod Sanctus Symeon prædi-

a Luc 2. 34. xerat: a positum eum esse in signum, cui con-  
b Psal. 21. 7. tradiceretur; Et David: b ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.

II. **S**ED quid tunc faciebat supremus hic Redemptor, non homo, sed plus quam ho-

mo: &

mo, & omnium hominum gloria? præferbat  
 vultum adamantinum, & chalybeum corpus,  
 non defatigatus tanta ferre, nec signum præ-  
 bens ædij, aut commotionis alicuius! Internè  
 autem labores omnes illos & dolores, æterno  
 suo Patri, pro peccatoribus, offerens; & conti-  
 nuè maximoque feruore ita pro eis orans, vt &  
 hic verum fit illud: *erat pernoctans in oratio-* **Luc. 6. 12.**  
*ne Dei,* in oratione scilicet altissima, oratione  
 digna Deo: quam nec iniuriarum multitudo,  
 nec dolorum, quos patiebatur, acerbitas aut  
 distrahebat, aut remittebat. Ibi præsentem ha-  
 bebat discipulos suos, qui ouium instar sine pa-  
 store, vagabantur: pro quibus, ne inferni lu-  
 pus nos deuoraret, ardentissime orabat: licet-  
 que existimare, etiam me in sua memoria præ-  
 sentem habuisse, suamque orationem pro me  
 fuisse. O Saluator mi, si comes tibi fuisset, vt  
 tam proluxa noctis desolationem aliquo mo-  
 do tibi temperarem! Spiritu nunc ante cõspe-  
 ctum tuum me colloco, cupiens pernoctare in  
 oratione Dei, & meam tuæ coniungere, vt ex-  
 audiatur, & feliciter expediatur.

## PUNCTVM III.

I.

**T**ERTIÒ considerandum, aliquem disci-  
 pulorum (& forte S. Ioannem) iuisse ad  
 Virginem sacratissimam, quæ cum san-  
 cta Magdalena, & aliis piis mulieribus, in lo-  
 co illo erat, in quo comederant Agnũ Pascha-  
 lem; illique retulisse filij eius **IESV** compre-

Y 5 hen-

a Luc. 7. 35.  
Dolor B.  
Virginis de  
filij com-  
prehensio-  
ne.

hensionem: quo tristi nuncio accepto, doloris a gladio animarum eius pertransiuit, & adeo vehemens tristitia, vt verissime potuerit Filij sui verba illa vsurpare: tristis est anima mea vsque ad mortem, hoc est, tristitia hæc mortalis est, & angustias anxietatesque tanquã mortis adfert; nam, cum eius erga filiũ amor esset ardentissimus, fidesque valde viuua, & ipsa iniuriarum & dolorum apprehensio, quos peffurus erat; perpendit verò eundem iam illius immersum: fuit eius anima amaritudine repleta, & quodam quasi mari compassionis transfixa, vt meritò illud Ieremiã ei applicare liceat: *b magna est velut mare contritio tua: quis me debetur tui!*

h Iherem. 2. 13

## II.

SE D quoniam sacratissima hæc Virgo plena erat Deo, imitata suum filiũ, mox recurrit ad remedium orationis; & genibus flexis, vultuque cum terra confixo, æterno Patri dicebat: supreme Pater, si possibile est, transiet calix iste à filio meo, ne illum bibat; aut certe terribilem eius amaritudinem tempera; sed non, quod ego volo, sed quod tu vis fiat: Abba Pater, omnia tibi possible sunt, transiet calicem hunc à meo filio in me; ego illũ ebibam, ne ille bibat; sed non mea voluntas, sed tua fiat. Et in hac oratione vigilauerit magno tẽporis tractu, eliciens iam fiducia actus, iam resignationis suã voluntatis, eam cum diuina conformando. estque fas credere, in agoniam positam prolixius orasse, donec æternus Pater, siue per Angelum aliquem, siue

per seipsum, internè illam confortaret.

MOX ab oratione surgens, imitata Filium suum, sicut bona mater, confortauerit reliquas suas comites, ne in fide deficerent: reliquum veid noctis expenderit, memoriã reuoluens afflictiones, quas tunc Filius eius patiebatur; sicut eas legerat in Prophetis, fontes lachrymarum hic considerationibus ex suis oculis emittens. O Virgo sacratissima, quæ, sicut altera Sion, *c plorans plorasti in nocte, & lachryma tua in maxillis tuis, nec est qui consoletur te, ex omnibus charis tuis*: merito ploras, *d quia spiritus vite nostra* CHRISTVS

*Dominus, captus est pro peccatis nostris.* O peccata nostra, quantum dolorem adfertis Christo Domino, & Matri eius! Plorate oculi mei tota nocte, plorate plorantes ingenti dolore; copiosas lachrymas, per vestras maxillas fundentes: nec enim aliam consolationem illi adferre potestis, quàm desistere culpas, quæ ipsorum sunt causa plantuum.

III.

c Thren. 1.2.

d Thren. 4.

20.

